



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Miraculum item Sanctæ Dei Genitricis quo Cosmiana vxor Germani Patricij  
coacta est ex hæresi Seueriana ad veram Christi fidem redire. Capvt.  
XLVIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

cuius rei gratia, quomodo hoc passus esset, videtur propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisse.

1 *Habes quomodo adest diuina vltio blasphemanti sanctam Dei Genitricem. Habes quanta sit eius potestas. Habes quod, cum appareat, loquatur, & tangere non potest dici mortua.*

*Miraculum item Sanctæ Dei Genitricis quo Cosmiana vxor Germani Patricij coacta est ex heresi Seueriana ad veram Christi fidem redire.*

## C A P V T. XLVIII.

**N**arrauit nobis Anastasius presbyter, & ornamentorum sanctæ resurrectionis Dei, & Domini nostri Iesu Christi custos, quæ adueniens illuc Cosmiana vxor Germani Patricij voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ solâ adorare sanctum Domini nostri Iesu Christi, vultumque monumentum. Et cum appropinquaret ianuxæ sacrarij, apparuit; illi visibiliter Dominus nostra sancta Dei genitrix, cum alijs quoque mulieribus dicens: Quomodo cum nostra non sis, hanc audes ingredi? Et prohibebat eam. Neque enim inquietabat) nostra es. Erat enim de heresi Seueri acephali. Illa verò multum rogabat, vt mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi, mulier, non ingredieris huc, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem quod quia esset hæretica, ingredi prohiberetur quod nisi 4 accederet ad S. Cathol. & Apostol. Ecclesiæ Christi Domini, & Dei nostri, interare non permitteretur, continuo accersito diacono orauit sanctum calicem sibi afferri. Quo allato, sumpsit sacrum corpus,

corpus, & pretiosum sanguinem magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Atque ita absq; vlla prohibitione digna habita est adorare sanctum, & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi.

1. Vides quod sancta illa Ecclesia habebat ornamenta, qua castro diebantur? & noui heretici ea vtiliter pendunt.
2. Ecce etiam apud antiquos in vtu fuisse peregrinationes ad loca sancta, illorumq; adorationes.
3. Magnum miraculum, vt notum fiat omnibus, quomodo hereses fugere debeamus.
4. Vides hereticum esse extra sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam Christi Domini & Dei nostri.
5. Ecce quomodo in sacratissima Eucharistia est verum corpus, & sanguis Dei & Saluatoris nostri Domini Iesu Christi.
6. Licet haec communicauerit sub vtraq; specie, non inducit nobis idem faciendi necessitatem, quia tunc temporis talis mos erat ibi.

Mirabilis visio Ducis Palaestinae, quae & ipse coactus fuit praedicta haeresi abrenunciare, & Christi Ecclesiae communicare.

## CAPVT XLIX.

**N**arrauit autem nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palaestinae Dux aliquando, venerit adorare sanctam Christi Domini nostri resurrectionem. Et cum coepisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu super se venientem cornibusq; illum impetentem. Ille vero pauore correptus, retro redibat. Custos vero sanctae crucis Azarias, & ceteri, qui abstantebant, eius timore permoti dicunt ei: Quid est, quid habes domine? Cur non ingrederis? Dicit eis. Vt qui intulit arietem istum? Qui super facti